Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Simonius

EPITHALAMIA || Honori Nuptiarum || CL. & Doctissimi Viri Dni || M. MARTINI BRA-||SCHII, P.L. & Logices in Acad.|| Rosarum Professoris:|| & || Lectißimae Virginis || ANNAE,|| Filiae ... || VALENTINI SCHACHTII, SS.|| Theologiae Doctoris & in Rhodopolitana || Professoris; & in Ecclesia ibidem ad D. Ia-||cobum Pastoris fidelissimi:|| Scripta ab amicis.||

Rostock: Möllemann, Stephan, 1595

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1740990021

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts
Bibliothek
Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1740990021/phys_0001

100

2806

~~4. Dd. 6~~

~~Heber V - 5344~~

~~with 4 more~~ "/

Cq-2065 1-30

(SON)

– 4 –

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1740990021/phys_0003

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1740990021/phys_0004

12.

EPITHALAMIA

Honori Nuptiarum

CL. & Doctiſsimi Viri Dni

M. MARTINI BRASCHII, P. L. & Logices in Acad. Roſarum Profeſſoris:

&

Lectiſsimæ Virginis

ANNÆ,

Filiæ Reuerendi & CL. Viri

VALENTINI SCHACHTII, SS. Theologiæ Doctoris & in Rhodopolitana Profeſſoris; & in Eccleſia ibidem ad D. Iacobum Paſtoris fideliſsimi:

Scripta ab amicis.

Roſtochij Typis Myliandrinis, Anno CIƆ IƆ VC.

STROPHE.

PRogenies Olympi (ræ
Pimplea; Iove epulante quæ Ly-
Clangenti accinis Pythicos mo-
Arbitra barbyti: Tri- (dos;
pudiat verò
Vibrantis tonitru candida Regia:
Age Sponſis
Melleis, venuſtulis, decoris,
O mellilinguis fac pangas nuptialem
Comum! mellifluæ linguæ viro
BRASCHIO, Aönidum flo-
ri, Scytalæ diæ Aganippidos,
Quo tonante, Rhenus, Albis
Et Danubius, Rex ille fluviorum,
Obliquis trepidant mæandris,
Ripasque & littora plangunt:
Lituus perſtrepit, armorumque
Acies territat hoſtica cornua.
Divina res, carmina
Cœlo ingenia deducunt, cœlo inferunt.

ANTI-

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1740990021/phys_0006

Flavicomæq́ue nuptæ,
Quæ lactea, pudibunda, florida,
Aequat labra puniceis roſis,
Aut Rhodijs corallis;
Oculos autem
Stellis. cuî pietas quanta animo nitet!
Rutilans ceu
Cynthiæ globus mari renidet
Noctu. ANNA, MARtino, ſacro gratioſus
Poëtæ. annulus, ô ſalve! patris
Nata; ocelli Euſebies &
Armipotentis Domini tubæ.
Cuî labella bulliunt De-
o calente verbi rore; ſapienti-
âque illâ ipsâ, animi receſſus
Quæ verticordia ſcruta-
tur, & hos aut lenit aut frangit.
Sobolem autem patris eſſe pij, & Deum
Timentis, hæc fulgida
Stella eſt homini & ad virtutem calcar. ô

EPODOS.

IEHOVA, Cuſtos conjugum, beato,
Quîs cereum lucet Venus hac lu-

ce, conjuges! heus Talaſſe; (num,
dum ſponſus, eſt quod, exeſt faſcinatio-
Et ſponſam alba hedera arctius tenet;
Tumulticrepas nuces ſpargito puel-
lis: & dic Parundæ, poſt lunas novem
Poticam adducat ac E-
duljam; cita, ut, ſoboles volucris
Hermæ, Nunciatio, Schedjo, Chytræ-
is, Berſmanno, & Gruttero; Muſarum illis
liciis, & Euterpes amori- (de-
bus; BRaſchio dicat poëtam filium
natum. nam vates præclarus naſcitur, haut
fit. tu .a. interea myrtum puer adfer & un-
guen, Syriiſq; oris data balſama; ſuavius
Edonis bacchabimur,
Incluſi dum elementa cupidinis ad-
diſcunt BRAſchjus & ANNA.

JOANNES SIMONIUS
Poëſeos profeſſor F.

ALIUD.

ALIVD.

Ἄγε μοῖσά μοι λίγεια
ἀπὸ πασσάλου λαβοῖσα
κιθάρας καὶ ἔντε' αὐλῶν
τὰν τήϊαν προσάπτε
τῷ Δωρίῳ πεδίλῳ,
νεοσιγάλους καὶ εὑρὲ
πολυτέρπεάς τε ὕμνους.
ἀνεφρόντισεν γὰρ εὐνῆς
ὁ ΒΡΑχιος γλυκίστης
ποιητικῆς ἄωτος.
Ὃς ἐν Ῥόδων λυκείῳ
ἀπ' ἀνθέων νεωστὶ
κορυφὰς δρέπων λέγωντε
(τὸ θεῖον αἰὲς γεραίροι,
ἥρωας ἠδ' ἀγαυοὺς·
θελγητρὰ αἰὲς ὑφαίνοι
νέοισιν εἰς ἀνάντη
ἀρετᾶς ὁδὸν φιλίστας
Σοφίας ἐπαινετάς τε)
φρενὰς δαμεὶς βελέμνῳ,
τὸ οἱ ἐπᾶξ' ἂν ἧπαρ
πτερόεις ὁ παῖς ἔρωτος,
κρυφίῳ ἐτάκετ' ἕλκει.
οὐ φάρμακον γὰρ εὗρεν
ἢ χεισὸν ἠὲ πασὸν
παλάμας θεοῦ πρὶν ἤνθεν
ἠγου-

ἠγουμένας ἂν οἶκον
Σεβασμίου γέροντος
τοῦ ΣΧΑΧτίου, κόραν οὐ
ἰδὼν, ἐναγκαλίσδη
τάνδε, ἔγγιον προσαΐξας
τρωθέντι πλεύρῳ εἶχεν
κούφισμα φάρμακόν τε.
Εὔθυμος οὖν γονῆας
ᾐτεῖτο οἱ γίνεσθαι
τὰν παρθένον σύνευνον
ἀδιαίρετάν θ' ἑταίραν.
νοοῦντες οἱ τοκῆες
γεγονὸς τὸ πρᾶγμα, καὶ τὰς
λιτὰς νέου δικαίας
τὰν παῖδα ἠγγάμισδον,
κ' ἤυχοντο πολλὰ ἐσλὰ
ἐρωτύλοις· ἔχαιρεν
χαρίτων χόρος τε μοισᾶν,
ὦ κραιπνὰ δὴ πρόσενθε
ἄγε μοῖσά μοι λίγεια.

PAVLVS TARNOVIVS
Scholæ Roſtochienſis
Rector F.

ALI.

ALIVD.

NI me naſcentem facie averſata Camœna
Proluere aligeri nollet labra fonte Caballi,
(tor urbem,
Et mihi Thebarum, dum cinxit condi-
Iam teſtudo foret, quâ ſaxa feraſq; movebat:
Haud, MARTINE, mihi nunc, BRASCHI, indictus abires
Sponſe novenarum flos, atque medulla ſororum:
Iamque adeo thalamis canerem felicia veſtris
Carmine, quod purgatæ etiam faceret ſatis auri,
Quod Muſæ imbre ſui, & Phœbus, Chariteſq; ſorores
Nectaris imbuerent, & divi mater amoris,
Dulce Meduſæis carmen de fontibus hauſtum.
At quoniam ille calor divini vatis, & illa
Vena negata mihi, ſed quod mortalia ſpirat,
Et ſublime nihil, ſtridenti carmen avenâ eſt; (tis,
Iam ſenis inſtar ero, digito labrum vtrumque premen-
Nempe tacere animu' ít, & magna relinquere magnis.
Namque alij dicent, quis mitior auctor Apollo
ANNA tua hæc Rhodijs concertet ut omnibus una
Corporis atque animi præcelſis dotibus, atque
Vt deſideria, & Charites comitentur eandem;
Emicet è vultu cujus pietaſq; parentum,
Et pudor, & probitas, & gratia, formaq; pictis
Æmula imaginibus, quam Divûm hominumq; volu-
Alma Venus, Junoq; & caſto pectore Pallas, (ptas,
Condecorent, thalamoq; tibi tria numina jungant.
Porro ut Mnemoſynes, & Muſarum almus alu-
In Clarijs Academi umbris, nitidoq; Lyceo (mnus
In Sophiæ, BRASCHI, teneros tranſegeris annos.

Nata

Nata IOVIS cerebro quem potu epuliſque deorum
Nectare, & Ambroſiâ diæ Virtutis & Artis
Pavit, & ingenuum finxit, moreſque venuſtos
Indidit, & linguam formavit voce diſertâ
Fontibus Aonidum Græcis Latijſque rigatam.
Atque horum ſtudium tibi non damnoſa voluptas,
Non Venus, & Bacchus tibi, nec ſopor interrupit,
Vnde tibi æternâ decerpta è frunde corolla,
Quæ abſumtis aliorum opibusq; & honoribus, uſque
Florebit viridans, nullo & marceſcet ab ævo,
Et quæ te morier nunquam ſinet inclyta, quâq;
Non unquam Stygias, invicte, fereris ad umbras.
Quin naſcenti etiam lætus tibi riſit Apollo.
Et Charitum, & Venerum tua nectare carmina con-
Phœbeâ ex merito decorandus tempora lauru. (dis
Sed quid ego hæc infans, quæ multo,& carmine picto
Tractabunt alij, Clarius quos excitat œſtro?
Sufficiat tibi velle meum, cui poſſe negatur.
Conjugium felix ductu auſpicioque Tonantis
Sit tibi, pax ubi ſceptra gerat; concordia dives
Præ tibi ſit thalamis, & mutus ardor amoris,
Triſtia qui lætis tibi temperet, atra ſerenis.
Fauſta ſit & Lucina tibi, quæ prole parentem
Te faciat, nec ſpem caſti fruſtretur amoris.
Dira ſed Eumenidum ſoboles comitata parente,
Exulet hinc latè, & longè procul inde faceſſat,

M. Eilhardus Lubbinus.

Eidem

MARTINO BRASCHIO
Poëtæ Laureato & SPONSO,

SIc tibi menſe uno, BRASCHI, gemi-
nantur amores!
Sic lauru duplici condecoratus abis!
Fatidicam meruit virtus, capitiq́; ME-
LIS SVS
Implicuit: PHOEBO grata, MELISSVS, apis.
Digna fuit virtus Cypriâ, lateriq́ue jugabit.
SCHACHTIVS ore potens, SCHACHTIVS arte potens.
Vive, vale BRASCHI, & geminos quos nactus es i-
Fac foveasq́; DEO, fac foveasq́; thoro. (gnes,

J. Simonius F.
5. Non. Martias
Anno 1595.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1740990021/phys_0013

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1740990021/phys_0014

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1740990021/phys_0015

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1740990021/phys_0016

In ſqualloꝛ trò ſe quiſq; peremptum
Lug nta! perciti amaritie:
Ante alios par, VLRICE, Sororum
Ex t os mentis inopsq́; obitu;
Præcipuè bœbi myſta Caſeli,
O cœt unice Palladii.
Namq; lic ſeptum noxia pectus
Contra utriusq́; ſiet:
Iam tamen preſſum nube doloris,
Aſſid fletu habuiſſe genas
Crediderim altim cum flebile corpus
Adſpi am feretro impoſitum,
Nati, qui, d te Patrio donârat
Nomi ntrà tibi carus erat:
Sed quoq; c lli in vultum ſerpere tabes,
Cunct veneno inficere occiperet.
Non pote e t, matris, ut, inſita quisquis
Natu ſemina, cordolio
Abſtineat, os cadere immaturâ,
Tanqu lilia falce, videt.
Quid referan e ſient hæc funera cunctis,
Qui P t nomina & Aoniſin?
Atq; mihi h amq; ut tibi tempore nullo
Viſus e VLRICE, mihi fueris:
Attamen ha d luctû ſervire, Parentis
Heu qu ui cùm mihi prælegeret

Scripta

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1740990021/phys_0017